

A.F.
R

28
23

DE
HERODIANIS
EPISTOLA BREVIS
AVCTORE
CHRISTIANO FRIDERICO SCHMIDIO

— — — *Frustra retinacula tendens*
Fertur equis auriga; neque audit currus habenas. VIRG.



LIPSIAE
APVD IOH. CHRIST. LANGENHEMIVM
A. C. N. CICIOCCCLXIII

DE

HERODIANI

HISTORIA BRITONIS

YACOBUS

CHRISTIANO RIBBERTICO SCHILLIO

LIBERUS

TRANSLATIUS A FRANCISCO VITALE

LIBERUS

V I R O
CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE
RVDOLFO IVLIO WALTHERO,
PHILOSOPHIAE ARTIVM QVE LIBERALIVM MAGISTRO
AMICO AESTVMATISSIMO
S. P. D
CHRISTI. FRIDER. SCHMIDIUS

Non temere institutum esse morem gratulandi iis qui
magistrorum titulum adepti sunt, ego quidem ipse meo ex-
emplio ita expertus sum, ut mox apud me constitue-
rim, omnes amicos meos, qui hoc honore post me affecti
essent, faustis omnibus prosequi. Solet enim Panicus quidam ter-
ror animum inuadere, quum res eo deducta est, ut ingenii vires
quaestionibus subtilibus explorentur; atque quamquam ipse mihi
non nimis ineptus videbar, (est enim hoc omnium iuuenum vitium ut
de se bene sperent,) fateor tamen hoc mihi accidisse, ut facilius vitam
cum morte in tanto rerum discrimine commutandam putarem. De-
inde feliciter elapsus, haud contemendo gaudio coepi efferrri, quod
eo vehementius erat, quo maior antea me tenuerat timor; nec quic-

■ ■ ■

quam magis me delcetare poterat, quam frequentes amicorum con-
gratulationes, quamquam, vt tunc fit, de nikilo scriptae. Vix
itaque dubito amicissime WALTHERE, Tibi hanc gratulationem
meam pariter iucundari fore, licet tenuis admodum Tuoque iudicio pa-
rum digna videatur. Primum enim communia sunt fata nostra, com-
munis philosophia, communis animus, communis vita, communes
morbi, commune denique magistri munus. Deinde — sed quid
multa? Sequutus enim es in percipiendis diuinae humanaeque sapi-
entiae praeceptis Venerandum CRVSIVM, Saxoniae nostrae
αγαλμα, cuius doctrinae omnia debere, summa iuuenum laus est.
Quem virum, quo magis ego admiror et veneror, veneror autem
maxime, eo magis Te quoque amare debui, doctum tanti doctoris alu-
mmum; neque impedire potui, quo minus haec pagella meum de hono-
re Tu gaudium Tibi palam significaret. Tecum itaque laetor, opto-
que, vt haec prima virtutis et doctrinae Tuae praemia multo maiori-
bus et praestantioribus breui superentur! Faxit Deus, vt egregia
eruditionis Tuae praesidia aliquando ad demonstrandam oraculorum
diuinorum vim atque praestantiam longe copiosissima reperiantur.
Caeterum ne inanes ad Te abirent hae litterae, Clarissime WALT-
HERE, ausus sum de Herodianis quaedam addere, quae mihi for-
te in mentem venerant, Teque rogo, vt huic commentatiunculae indul-
geas, quaeque minus recte dicta existimaueris mihi condones! Vale
AMICE optime, neque Tibi commendatum habe! Scripti Lipsiae
Idibus Decembribus A. N. C. cI CC L X I I I .

DE

HERODIANIS
COMMENTATIO.

§. I.

Dissentus interpretum.

Inter eos qui insidias pararunt Filio Dei, quum in terris doceret, praeter Phari-
saeos et Saducaeos commemorantur quoque Herodiani, de quibus, secta-
ne fuerint nec ne, tot sunt interpretum sententiae, ut vix numerari pos-
sint. Qui eiusmodi commentorum indices amant, eos iubemus adire *Wolfii*
curas philologicas ad Matth. XXII, 16. Potuissimus alios multos recentere,
qui de eadem re scilicet exposuerunt, si de nihilo scribere voluissimus: nomi-
na eorum qui de hac re satis bene aut male disseruerunt, ipsa haec commentatiuncula declarabit. Antequam vero de placitis Herodianorum dicamus, primum
de nomine videbimus, vnde sit, et quam ob causam iis tributum.

§. II.

Varii interpretum commenta de nomine Herodianorum, refutantur

Variorum interpretum commentaria de nomine Herodianorum, refutacione.
Nomen eos habuisse ab Herode rege, inter omnes constat auctoritate loci
Marc. VIII, 15; ^{a)}) at quis sit ille Herodes, magna est controversia. Nonnulli
splendore Herodis magni decepti, existimarent Herodianos sectam fuisse, quae
fingeret Herodem M. Messiam esse, populoque persuaderet, hunc patriam a
Romanorum potestate esse liberaturum. ^{b)}) Alii idem affirmant de Herode
Antipa. ^{c)}) Pridealtius repetit Herodianos ab Herode M., putatque eos du-
plici dogmate a caeteris Iudeis differre, primum eo quod gentem Iudaicam
imperio Romano subiecerint, deinde quod ad multos gentilium ritus se con-
formariunt. ^{d)}) Sed recte viderunt alii multi, hanc non esse *ḡnum H̄eod̄s*
^{* 2} quam

* 3

a) Verba haec sunt: *βλέπετε* *από* *της* *εξουσίας* *των* *Φραγισκού* *καὶ* *της* *ζώμης* *Ηράδη*. Pro *Ηράδης* Codices Colb. 2, et Par. 6. legunt *Ηραδίανην*, quod a librariae et caeteris Matthaei et Marci locis inuestigatum esse interpre-tandi gratia, nemo non videt.

b) Haec olim fuit sententia Tertulliani, Hieronymi, Chrysostomi, Theophylacti, etc. Sic quoque Grotius ad Matth. XVI, 6. nec aliter Drusius ad Matth. XXII, 16. Marc.

III, 6.

c) Hanc opinionem quantum potuit exornauit Basnagius dans l' Histoire des Juifs T. I. Liv. II. chap. 14 p. 582-600. Idem placuerat olim Epiphano.

d) Hanc coniecturam praeter *Prideaux*-
rium nemo quod sciam, sequutus est; Vide
1^e *Histoire des Juifs* par Mr. *Prideaux*,
Tome IV, p. 120, seq. De coniectura *Cal-*
meti dicetur in nota k) ad §. 4.

VI D E H E R O D I A N I S.

quae prohibetur Marc. VIII, 15. Neque inquam usque ad Christi tempora tanta fuit Iudeorum stultitia, ut peregrinum gentis suae regem Messiam putarent; praeterea unde Iosephi diligentissimi scriptoris, de hac re silentium? Contra, Patrum testimonia in re improbabili ignorantiae potius quam fidei historicae argumenta sunt; nam boni isti viri anilia multa somniarunt, quod veteres Iudeos cum recentioribus, i quales erant post Christum, confundebant. Tandem quum diceret Iesus suis: Βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης Ἡρώδον, nonne omnes cogitare debebant de Herode Antipa, qui tunc Galilaeae Tetrarcha erat, cuiusque notam calliditatem Iesus postea vulpis nomine expressit? vid. Luc. XIII, 32.

S. III.

Nomen nati sunt ab Herode Antipa, cuius fuissebant.
Herodes itaque a quo Herodiani vocantur, est Herodes Antipas, Herodis magni ex Malchace filius, Galilaeae et Peraeae Tetrarcha, vid. Matthi XIV, 1. qui apud Iudeos principi blandientes regis titulo gaudebat, (Marc. VI, 14; Luc. VIII, 3. VIII, 7. XIII, 31. 32. XXIII, 11. 12.) a Romanis eum nunquam imperavit. Is quum callidus admodum esset atque versatus, Romanis totum se addixerat, a quibus in imperio esset constitutus, volebatque tributum pendere quod imperauerat Caesar. Quia in re paucos habebat sibi asse sentientes adulandi causa, quod eius amici et cieatos essent, e) atque hic sunt, quos per inuidiam Herodianos vocarunt. f) Sed Pharisaei et ex his inprimis Zelotae^{g)} tuebantur populi libertatem, negabantque tributum Romanis pendendum esse, ne populus Dei peregrinis subiectus videretur. Itaque Herodi et Herodianis parum fauabant, neque cum iis pariter ac eum Saduceis quicquam communicabant praeter fraudes, quibus Iesum decipere tentarent.

S. IV.

Indicantur quaestiones fallaces, quas Christo proposuerunt Herodiani.
Ex favore igitur Herodianorum erga Romanos apparet, quanta fuerit fallacia in quaestione: ἔξει κῆνυσον καταρεῖ δύο γε ή; Licetne Caesari tributum pen-

e) Hinc etiam Syrus Herodianos interpretatur eos, qui essent e domo Herodis, siue domesici Herodis, vide Matth. XXII, 16. et Zonaras 108. τὸν τὸν Ἡρόδεν φορῶντας.

f) Eadem opinionem tuerunt *Insans* et *Bellofobius* Origenem sequuntur, vide le Nouveau Testament par Mr. de Beausobre et Lenfant, sur Matth. XXII, 16. Marc. VIII, 15. Sic quoque *Bengelius* in *Harmonia Euang.* ad Marc. VIII, 15 p. m. 347. nec non S. R. *Crusius* in *Theolog. proph.* P. I. p. 508.

g) Zelotas se vocabant *Gaulitanas* factio sedentiosa orta anno post Christum natum

decimo, aerae vulgaris 14, quum Coponius Procurator census agendi causa Iudeae a Romanis praefectus esset. Author turborum fuerat Iudas Galilaeus, qui populum nemini praeter Deum, subiectum volebat, in caeteris eadem cum Pharisaeis sentiebat. Meminit illius Gamaliel Act. V, 37. Oppresfa quidem mox fuit factio illa, neque ramen penitus extincta; immo a Iosepho inter praecipuas caussas ultimi Iudeorum bellum numeratur. Herodi minime fauabat, quippe a Romanis in imperio constituto, iisque dedito. vid. Ioseph. Antt. XIII, 1. B. Iud. II, 8.

pendere, nec no^h) Nam si simpliciter hoc affirmasset Iesus, Pharisei eum apud populum erant calumniaturi tanquam hostem gentis suae, Romanis vnicē addictum, quique Iudeos Romanorum potestati subicere vellet;ⁱ⁾ contra si negasset, Herodiani eum apud Tetrarcham erant accusaturi, vt procuratori traduceretur; nam sic expressis verbis Lucas XX, 26. eandem rem describit: Καὶ ἐπικαλούνται ἀντὸν τῷ σαρκὶ καὶ τῷ ἔγχοι
τῷ ἡγεμόνος.^{k)} Haud minus collide olim de interficiendo Domino I. C. liberarant Pharisei cum Herodianis, postquam miraculum ediderat Iesus die Sabbati, vide Marc. III, 6; qua in re Phariseos tantum memorat Matthaeus XII, 14. Phariseos et legis peritos Lucas VI, 11. coll. v. 7.

§. V.

Negatur, quod secta fuerint Herodiani.

Herodiani dicuntur ii ex illarum sectarum alumnis, qui Herodi fauerent, neque vlo modo ex litteris sacris demonstrari potest, Herodianos singularē aliquam sectam constituisse, quae nouum philosophiae aut religionis genus sequeretur. Accedit quod nec Iosephus eiusmodi sectae meminerit, licet caeteras sectas omnes diligenter perlequutus sit.^{l)} At sectae aliquam speciem nonnullis habere visa est illa Χρυσή Ηερώδει Marc. VIII, 15. a qua monet Iesu suos ut sibi cauerant. Matthaeus in loco parallelo mentionem fecit Phariseorum et Saduceorum, Matth. XVI, 6. vnde hoc quidem sequitur, Herodianos imprimis fuisse Saduceorum sectae deditos,^{m)} minime vero illud, quod Χρυσή Ηερώδε doctrina Saduceorum, aut opinione de Messia commentatio et factio contineatur. Verum, quid multa? Postulauerant illi inepte *miraculum de coelo*, Marc. VIII, 4. coll. v. 15. quae temeritas etiam animos discipulorum Iesu quodam modo inuaserat; atque hoc fuisse *fermentum* illud, ipsa Marci narratio docet. Quam enim monuisset eos Iesus, vt cauerent sibi a fermento Phariseorum et Herodis, non de doctrina sed de pane cogitant, obliiti miraculorum Christi in satiandis

h) κύριος Matth. XXII, 17. Marc. XII, 14 metonymice dicitur pro Θεῷ; quod habet Lucas XX, 22; nam tributum pendebat ex censo. Intelligi autem debet tributum in capita hominum, quod recte statuit Syrus.

i) Tantum fuit libertatis studium, vt quamquam a Romanis indies magis opprimerentur Iudei, tamen clamarent: οὐδὲν δέδειν τάκτου νόοντες. vid. Ioh. VIII. 33.

k) Locus ille apud Lucam docet, quantum pere fallatur Calmetus, qui Herodianos eosdem facit cum Gaulanitis, de

quibus exposui nota g) Nam si negasset Iesus, tributum esse pendendum, Gaulanites eum erant probaturi; si idem affirmasset, Procurator pariter eum erat probaturus. vide le Dictionnaire de la Bible par Mr. Calmet, Tome II, p. 576-579.

l) vide Ioseph. Antt. XIII, 5. 10. 11. XVIII, 1. B. Iud. II, 8.

m) Hoc etiam confirmat Iosephus Antt. XVIII, 1. vbi de Saduceis ait: οἱ ἄλλοι τοις ὅπλοις ἀλλοί αἰχματοι, τοῦτον πάρειντες οὐδὲν δέδειν, ι. e. paucos eorum opinioni deditos esse, attamen dignitate primos.

VIII DE HERODIANIS.

tiandi aliquot hominum millibus, quae miracula ipsis propterea non magna vi-
debantur, quod non erant de coelo.

¶. VI.

Negatur quod magno fuerint numero, aut diu floruerint.

Caeterum videntur Herodiani haud magno fuisse numero, neque extra
Iudeam nisi Romae, vnde accidit, ut nomen eorum tantum legeretur apud
Marcum, qui Romae Romanorum gratia euangelii historiam scripsit, et Mat-
thaeum, qui in Iudea euangelium litteris consignauit. Lucas et Iohannes ni-
hil prorsus de Herodianis perhibent, quia scilicet suis haud innotuerant. Post-
quam Herodes Antipas a Caio exilio multatus fuerat, Herodianorum nomen
plane interiit, queaque deinde a patribus aut in Gemara tradita sunt de Her-
odianis tanquam secta, fabulae sunt, quia inanibus incertisque rumoribus
nituntur.

§. VII.

Bacchus apud Iohannem, fuit Herodianus.

At quaeri potest, anne *Bacchus* (Ioh. IV, 46.) sit Herodianus? Sy-
ro est minister regis, vnde Grotius putat, eum vestigali forsitan praepositum
fuisse. Sed mihi probabilior videtur Nonni paraphrasis: *Hv de τις Βέναν
σπερμὸν βασιλίηος ἀνή* etc. i. e. Praefectus milium Herodis Antipae. Erat
quidem praefectus ille homo haud impius, attamen eidem praeiudicatae opinio-
ni, quae miraculum de coelo posceret, deditus, quod pater e verbis Christi
Ioh. IV, 48. *ἐὰν μὴ σημεῖαν τέρατα ἴδετε εἰ μὴ πιστεύσητε.*ⁿ⁾ Dixerim
itaque, eum unum ex Herodianis fuisse.

n) Confer Matth. XVI, 1. 6. Marc. dem prorsus fuisse Herodianorum teme-
VIII, 11. 15. E quibus locis constat, can- ritatem, vti dixi §. 5.



01A 6600

ULB Halle
002 932 490

3



W01P

R

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

DE
HERODIANIS
EPISTOLA BREVIS
AVCTORE
CHRISTIANO FRIDERICO SCHMIDIO

— — — *Frustra retinacula tendens*
Fertur equis auriga; neque audit currus habemas. VIRG



LIPSIAE

APVD IOH. CHRIST. LANGENHEMIVM

A. C. N. CICIOCCCLXIIII

